



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 82. Deputati Papam ad pacem Ecclesiæ hortaturi mittuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1423.

## §. LXXXII.

*Deputati Papam ad pacem Ecclesia  
hortaturi mittuntur.*

Blond. §.  
decad. 5.

In Amað.  
pacif. n. 7.

Eodem tempore Synodi Patres in quodam generali Congregatione alios adhuc Oratores in Bohemiam mittere decernunt, qui jam antea ablegatis operam suam jüngerent, ac Bohemorum animos quoquo modo Ecclesiæ conciliarent. Attamen huic Legationi supersedendum judicarunt, accepto nuntio, quod aliunde cæptum negotium e sententia cederet. Igitur Patres potius propria animi dispositione, qua Eugenium Papam Synodo adhæsurum sperabant, utendum rati, Sigismundi, Regis Galliæ, & Burgundie Ducis Oratores ad illum direxerunt, ut universalis Ecclesiæ pacem ab eo impetrarent. Hujus rei mentionem ipse Pontifex fecit in quadam epistola ad Amadæum VIII. Sabaudiæ Ducem data, in qua significat, pacis negotium ante Legatorum istorum adventum jam tum a se cum Basileensibus Patribus fuisse conclusum, cum Venetorum Oratores ad ipsum Cæsaris literas detulissent; fatetur tamen, se nonnisi assiduis Imperatoris precibus ac suasionibus expugnatum cum Basileensibus in hanc sententiam concessisse. Hujus concordiæ summa est.

Syno-

Synodus omnia contra Papam, ac eidem Sæcul. XV.  
addictos acta revocet, ejusque Præsides A.C. 1433.  
admittat : Eugenius vero profiteatur,  
Basileense Concilium esse, & hactenus  
legitime fuisse congregatum, ac præte-  
rea cuncta contra illud, ejusque Sectato-  
res a se decreta pariter revocet, ac plene  
ejusdem statutis adhæreat. Igitur Eu-  
genius quatuor, qui Synodo præsiderent,  
Cardinales selegit, ad quos Bullam Ro-  
mæ decimo octavo Calendis Januarii, id  
est, decima quinta Decembris datam di-  
rexit, eisque nomine suo plenam agen-  
di, cunctisque a Synodo decretis atque  
statutis, aut imposterum definiendis ad-  
stipulandi potestatem concessit.

### §. LXXXIII.

*Bulla, qua Eugenius se Synodo adhæ-  
rere declarat.*

Præterea in eadem Bulla Eugenius pro- In Append. I  
fitetur, quod, quamvis Basileense Conc. Basil.  
Concilium legitime inchoatum dissolve- tom. 12. p. 42.  
rit, cum tamen *ex dicta dissolutione or-  
tæ sint graves dissensiones, & graviores ad-  
huc oriri possent, ad eas evitandas decla-  
ret, præfatum Concilium a tempore inchoa-  
tionis suæ legitime continuatum fuisse &  
esse, ac prosecutionem habere debere;* & in-  
super cuncta ab eo decreta, atque decisa  
approbet, & ipsum Concilium favore pro-  
sequa-